

DIE XXIX. MAII.

BB. GUILLELMI ORD. PRÆD. ET SOCIORUM MM.  
DUPLEX.

In utrisque Vesperis V. Ora pro nobis beate Guillélme cum Sóciis tuis. T. P. Allelúia. R̄. Ut digni efficiámur promissionibus Christi. T. P. Allelúia.

Oratio.

**D**EUS, pro cuius amóre, ac fidei tuéndæ zelo, beati Guillélmus et Sócii gládiis impiórum occubuere : præsta, quæsumus, ut eórum suffrágiis in fide stábiles ⁊ te semper ex ánimo diligámus : Per.

DIE XXXI. MAII.

B. JACOBI SALOMONII CONF. ORD. PRÆD.  
DUPLEX. Oratio.

**D**EUS, qui nos beati Jacóbi Confessóris tui ánnua sol-  
emnitáte lætíficas : concéde propítius ut cuius nata-  
lítia cólimus ⁊ étiam actiões imitémur : Per.

In j. Vesperis Memoria S. Petronillæ Virginis.

Oratio.

**E**XAUDI nos Deus salutáris noster : ut, sicut de beatæ  
Petronillæ Vírginis tuæ festivitáte gaudémus ⁊ ita  
piæ devotiões erudiámur afféctu : Per.

DIE I. JUNII.

BB. ALPHONSI NAVARRETE O. P. ET SOCIORUM MM.  
DUPLEX.

In utrisque Vesperis V. Ora pro nobis beate Alphónse cum Sóciis tuis. T. P. Allelúia. R̄. Ut digni efficiámur promissionibus Christi. T. P. Allelúia.

Oratio.

**D**EUS, qui nos beatórum tuórum Alphónsi et Sociórum  
ejus triúmpho lætíficas : da nobis, quæsumus, eórum  
méritis et intercessiõe eámdem in fide constántiam ⁊ et  
in ópere effíciam : Per.